



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Collegium Universi Juris Canonici**

**Engel, Ludwig**

**Salisburgi, 1693**

Privilegium XLI. Judex circa causas Monasteriorum debet officium suum  
impertiri etiam non imploratus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61596](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61596)

PRIVILEGIUM XI.

Pro favore Monasterii tenetur  
Reus edere sua Instrumenta  
Actori.

1. *Arma non sunt sumenda ex domo adversarii.*
2. *Pallit in Fisco & pijs causis.*
3. *Additur limitatio.*
4. *Quando de jure communi Reus tenetur edere sua instrumenta.*

1 **Q**UAMVIS regulariter actor pro pijs documentis instructus ad iudicium venire debeat, nec ex domo adversarii arma ad ipsum conficiendum desumere, *cap. 1. de Prob. l. qui accusare §. C. de Edendo.* communiter tamen exceptionem statuunt in pijs & favorabilibus causis Ioan. And. in *annot. ad Spec. in tit. de edit. instrum. §. videndum* & Panor. in *d. c. 1. n. 19. Tyr. priv. 155.* argumentum sumitur à fisco qui in causis Civilibus (non criminalibus) etiam statim à principio rationes & instrumenta rei petere potest ad suam intentionem fundandam *L. 3. ff. de Edendo. l. 2. §. 1. & 2. ff. de Iur. sig. Et si in l. 1. C. de Edendo,* generaliter ad officium Iudicis pertinere dicitur, ut reus ex causa sua instrumenta edat, planè sufficiens causa ad movendum Iudicem erit favor Ecclesie, & ne quiseam cum detrimento animæ suæ damni- fier. Hoc tamen videtur mihi ex æquitate naturali addendum, causas pijs debere saltem aliquas conjecturas pro se allegare posse, ne earum administratores & procuratores alijs facile lites sine sufficiente fundamento movere audeant, quod satis insinuat Ioan. And. *c. 6. In exemplo ibi proposito.*

4 **C**ATERUM ex Jure communi Ecclesia sicut quilibet alius privatus potest petere instrumentorum editionem I. Si instrumenta fuerint communia, quæ scilicet vel ratione materiæ quam continent, vel ratione proprietatis, vel quia communi sunt privi & sollicitudine confecta inter partes litigantes communia sunt, ita testamentum defuncti de omnibus in eo nominatis & interesse habentibus commune est; ita instrumenta quælibet defuncti inter Cohæredes communia sunt; item instrumenta inter ipsos contractantes super contractibus confecta sicut &

acta Judicialia inter partes litigantes communia censentur. II. Si instrumenta Originalia communia sint deperdita & exempla seu copie erant penes Reum, licet illa scripturas rei propriae proptiis pecuniis redemit & exemplari fecit, nihilominus defectus probationis & originalium Communio Iuxta causam censetur, ut sicut et officio tales copias edi jubet, Innoc. de *Pres. in c. 1. de Prob. argumento d. l. 1. C. de Ed. III. Si actor ex alijs probationibus intentionem suam principalem fundaverit, & tantum circa qualificationem incidentem, vel ad probandum replicationem aut quantitatem debuit petat intentionem Rei v. g. Calendarium aut librum rationum dicitur, Iudex Reum cogat ad edendum *L. Titius libro 48. & L. Cretitor §. 2. in prin. ff. de Arbitr. Burch. & Bald. in l. 1. §. editiones ff. de Edendo.**

PRIVILEGIUM XII.

Judex circa causas Monasteriorum debet officium suum impertiri etiam non impetratus.

**V**ulgaris quidem est regula, quod Iudex officium suum non nisi impetratus & requisitus alicui exhibere tenetur *L. 4. §. hoc autem iudicium ff. de Dam. infecto.* Sed communiter DD. sententia, bono & Religioso Iudice locum habere ut Ecclesiarum & piarum causarum in eternitati etiam proprio motu consulat, eisdemque succurrat, ut pluribus authoritatibus probat *Tyr. raq. privi. 152.*

PRIVILEGIUM XIII.

In dubio pro Monasterio est  
judicandum.

**P**ROBARI potest hoc assertum ex *a. fin. de Sen. & re iudic.* ubi deciditur, quid in dubio Iudicibus diversas sententias profertentibus preferatur illa, quæ est pro causa favorabiliori. *Et summa est ratio inquit I. C. in l. sunt persone ff. de delig. & sumpt. fin. qua pro Religione facti, ut eorum ubique scribere testatur Tyr. raq.*